



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

ab ea viuendi frugalitate, sacerdotali modestia atque grauitate, q[uo]d prouinciali Concilio priori precepita est, discedant; sed cum exemplum fidelibus afferant, vt monet Apostolus, in verbo, in conuer satione, in charitate, in fide, & castitate; tum nobis hoc negotium tractantibus, à Deo Opt. Max. omni animi pietate, sa crificij, precibus, ac iejunijs auxilium implorare studeant. In quarum rerum fidem has literas nostra nostriq[ue] Can cella r[um] manu signatas confici, sigilloq[ue]; nostro muniri & promulgari, Metropolitanaeque nostræ, & Collegiatarum ec clesiarum, Aedificiisq[ue] Archiepiscopaliū valuis publice affigi iussimus. Quam affixionem habere eam vim volums, ac si ipsis singulis quorum interest, illæ allatæ ac denunciatæ essent.

Dat. Mediolani in Aedibus Archiepiscopalibus, Dei 23. mensis Maij. 1571.

DECRETA EDITA IN SY nodo Diæcesana secunda Me diolanensi.

Decretum. I.

Supplicatio
nes ante sa
cerorum or
dinum col
lationem.

DI VINA res est sacerdotij administratio: cui si tales praesciuntur, qui illud vita sanctitate, doctrina, fide, & prudentia sustinere possint; tanta, tamque salutaris populo fidelis vtilitas existere solet, vt omni pietatis studio, totoq[ue] animo, & mente supplici id sit, à Deo Opt. Max. precandum. quamobrē vt iejunijs ex sancti spiritus doctrina in Ecclesia Dei institutis per quatuor anni tempora, quibus ordinis sacramen to initiantur qui in Dei cultum tradere se volunt, supplications etiam adiungantur; quibus, ac reliquis item pietatis officijs, id Dei ope atq[ue] auxilio cōsequamur, vt optimos in Ecclesia habeamus ministros: illud nos parochis nostris omnibus & urbanis & Diæcesanis iubemus, vt proximo dominico die ante statu illa quatuor iejunijs tempora, in sua quisq[ue] parochiali Ecclesia supplications litaniasque vel intus habeat, vel ijs solenni ritu dicendis prosequente popu-

lo Ecclesiā foris obeat: q[uo]d magis multiplicatis precibus, Sanctorumq[ue] auxilio implorato, tum nos in eo sacre administrationis munere adiuti, ecclasticos ordines in illos conferamus, qui ad eam ordinum dignitatem poterantemq[ue], recte, & cum Ecclesiæ utilitat[er] gerendam aptiores erant; tuni illi etiam ipsi qui facias primū imitandū sunt, aut ad veteriores ordinis gradus progressuri, itaq[ue] reliquo populo segregati, virtutum quasi gradibus prōgradientes, p[ro]tegatq[ue] adeo sancte in eo omnium longe maximo & præstantissimo sacerdotij ministerio deum se exerceant, quemadmodum [debet] ministros mysteriorum Dei.]

Decretum. II.

V R B A N V S Quartus, & Clemens Quintus Summi Pontifices, unus literis editis, alter Concilio Viennensi, Indulgencias multas ijs concessit, qui & in celebitate Corporis Iesu Christi Domini, & singulis septem illis diebus proximè sequentibus ad Ecclesias conuenient, diuinisque officijs interfuerint.

Nos cùm maximopere cupiamus atque optemus, populum fidei curæque nostræ commissum summo illo Indulgentiarum beneficio p[ro]tegat & sancte frui posse; neque id ipsu[m] facile illu[m] asséqui videamus, nisi de Corpore Domini matutinum officiu[m] interdiu dicatur: ob eam causam decernimus ac statuimus, in omnibus & singulis Ecclesijs tum urbanis tam diæcesanis, quæ collegiate Ecclesie sunt, matutinum officium, præter alias Canonicas horas, non solum festo ipso die Corporis Domini, verum etiam singulis deinceps septem diebus interdiu dici.

Vt autem multis inmodis occurrat, quæ ex eo facilè existerent, si ita sero horū Canonicarū horarū officia præstarentur, vt sub nocte præstari oportere idcirco iubemus, his ipsis octo diebus Cöpletorijs officium Matutinumque deinceps ita dici; vt omne hoc officium antē solis occasum planè absolutum sit.

In reliquis Ecclesijs, vbi ijs ipsis octo diebus Corporis Domini celebrati dicitur, Completoriū solum non Matutinū officiu[m] dicitur; h[oc]c] ipsa Cöpletorijs hora, antequam sol occidat itidem absoluat.

Horarū ca nonicarū officium in octaua corporis Domini interdiu dicendum.